Ecclesia Nesvisiensis
Corporis Christi quo fundata est tempus et a quo consecrata.

Ad laudem et Gloriam Dei omnipotentis primum lapidem huius Eccla Corporis Christi consecravit et imposuit Georgius divina miseratione Tit. S. Sixti Presbyter Cardinalis Radziwil nuncupatus Epus Vilnen. Anno Incarnationis verbi MDLXXXIX Die XIV Septemb. Praesente fundatori fre Nicolao Christophoro Radziwil et Coniuge eius Elisabetha Ephemia de Wisniowiec.

Consecrationis Tempus.

Ad laudem Deo immortali Eclam hanc Soc. Jesu consecravit Claudius Rangonius Comes Mutinensis Epus Regii Princeps S.R.I. Clem. VIII cu potestate Legati a latere nuncius Anno Salutis MDCI die VII Dnica 2a Octobr. Praesenti fundatore fra et filijs eius.

Epitaphium Illustmi Ducis ibidem

Peccantem me quotidie et non paenitentem timor mortis conturbat me. (supra imaginem Ill. Prin.) Advena ego sum apud te sicut omnes Patres mei. (verba ab ore imaginis pendentia) Etiam si me occiderit in ipso sperabo (ad genua Ducis inscripto) Credo carnis resurrectionem et vitam aeternam Amen. (infra Imaginem.) Jesu aeterna vita morientium.

Nicolaus Christ. Radziwil Nicolai et Elisabetha de Szydlowiec filius. Joannis nepos. Nicolai primi Pronepos. S. Sepulchri Peregrinus, sciens si ego escam

vermium in hac lacrymarum valle. vivens sibi posuit. Monumentum hoc corpus
Cœlum animam. Posteritas memoriam in benedictione servet. obijt anno
Salutis   Mense   die ætatis suæ. Abi viator et pro mortuis ora.

Epitaphium

Illus(trissi)mæ Ducissæ in sinistra altaris parti Sanctæ Crucis.

Præcisa est velut a texente vita mea, dum ad huc ordirer succidit me (supra
imaginem) Credo videre bona Dni in terra viventium (infra imaginem)
JESV REGI VICTORI ET TRIVMPHATORI
Elisabet de Gus...a(?) ... matronæ honestissimæ, palmam
extendenti viduis et orphanis, in augendo cultu divino, et in ornamentis Eccla-
rum tam huius bis(?) alere hoc Sanctæ crucis et monasterium S. Euphemiæ
munificentissime auxit, quam externorum hilariter facultates suas distri-
buebat, pauperes elemosinis sublevabat. Hospitale S. Spus locupleti
proventu dotavit. Caenobium ordinis S. Francisci Frum minoru de observan-
tia dedicationis S. Catherinæ Patronæ suæ proprijs sumptibus erigi cura-
vit. Alia quoque pia opera multa legavit. In oratione erat assidua, omnibus vir-
tutibus exornata, mater egenorum vocabatur. Nicolaus Christ. Radziwil
coniugi charissimæ orbi et ex testamento requisites cum lacrymis posuit
Gloria eius tanquam flos agri. Nondum expleto 27 ætatis suæ anno
pie in Dno obdormivit. a Salutatione Dni M.D.XCVI die IX Novemb.
relictis quinque filijs et tribus filiabus.

Epitaphium Filij eius Nicolai.

Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio de-
ciperet animam illius sap. 4. (supra imaginem)
Meliorem partem elegi quæ non auferetur a me (infra imaginem)
CHRISTO PROTECTORI PARVULORUM
Ante maturitatem excidisti Nicolae et invidia mors spem nram fefel-
lit debebas tu quidem claudere oculos nobis, at cum Regi Regum
ita placuit, te in numero Angelorum collocari, tibi gaudeo me his

qui ho

qui solem vestitu continuo intueris, nos autem parentes in acerbo luctu reliquisti. Nicolaus Christ. Radziwil et Elisabeth Eufemia de Wisniowiec Nicolao filiolo suavissimo maerentes posuerunt. Vixit annum unum Menses VIII dies XVIII horas VIII. obdormivit An. Salutis M.D.LXXXVIII die IX octobr.

Iuvene et tenero flori confecti vivunt
Heu puer rosa, mortis imago iacet.

Subscriptio imaginum in eadem Ecclesia

S. Georgius Martyr ad Dioclitianum. Citius tu tormenta mihi inferendo defatigaberis quam ego martyrio confectus tuae impietati obtemperabo

S. Sigism. Mundano regno abdicato caelestis regni coronam martyrio consequitur.

S. Alexander miles. Praecisis manibus in ignem coniectus pro Christo certamine coronatur

S. Joannis Amen dico vobis inter natos mulierum non surrexit maior

S. Adalbertus Verus Pastor et non mercenarius pro grege sibi commisso palmam martyrii adeptus.

S. Christina Patri dixit, Non me voces filiam tuam sed filiam eius cui debetur sacrificium laudis.

S. Barbara. In ipso caelesti desponsata marito mortali iungi et cogitatione rerum caelestium separari nolo.

S. Elisabeth. Spretis honoribus huius saeculi in humilitate et abiectissimis cursum vitae explevit

S. Eufemia Opes mundi spernens divitias caeli desiderans, paratior sum ad patiendum quam tu tyranne ad torquendum

S. Catharina. Alii viris armis ego in tuum Christe honorem sempiternum Christe quinquaginta oratores lingua expugnavi.

In sacello innocentium

Caelestem sequitur laetis quae passibus agnum [illegible]
Haec est virginea candida flore manus [illegible]
Multis in numeros [illegible]
Attamen ex cunctis salvus hic unus erit [illegible]

Et vetus et agnus mihi est parvulus haedus
Et mortis tu sacros grex vere vere dabis
Multarum fuerat quae maxima poena parentis
Natorum haec eadem gratia summa fuit
Flet Rachel afflicta redduntur in aethere natis
est nobis miseris o Rachel ampla tuis
Indulge nato mea traijce viscera ferro
Si culpae est soli poena luenda mihi

Non tulit auxilium duro in certamine Jesus
Vidit dux turmas vincere namque suas
Voto et in spe sanguis martyr uterque parens
Non tamen non solo at restat vita tibi
Ipsa quidem nobis credendi defuit aetas
Sed fit aequivalens pro patiendo caro.

Tempus Consecrationis Ecclesiae S. Catharinae.
REGIS COELI ET TERRAE.

Fundamenta monasterij Anno incarnationis verbi M.D.C.VIII die XIV Maij iacta, Ecclesiae vero XXII Junij Anno eodem, a Melchiore Giedroie Episcopo Samogitiae. Patres in vigilia S. Francisci monasterium intraverunt. Anno Sancto M.D.C. quo portam auream a Gregorio XIII apertam et clausam Clemens VIII Pontifex max aperuit et clausit. Qui et praeclaro munere spirituali Ecclesiam hanc Indulgentia plenaria a primis vesperis usque ad secundas S. Catharinae et altari privilegiato dotavit. Primum Sacrificium factum est die XV Novemb. Ao M.D.C.I. consecrata autem a Benedicto Woyna Episcopo Vilnensi Ao Dni M.D.C.III die XII Julij Dominica VIII post Pentecosten, Ecclesiam hanc ad laudem Deo misericordi et immortali honorem Beatissimae Virginis Mariae omniumque caelitum ac S. Catharinae Patronae benignissimae cum Coenobio ordinis Fratrum minorum S. Francisci de observantia, Elisabetha Euphemia de Wisniowiec Radzivila in signum pietatis proprijs sumptibus erigi voluit Morte autem praeventa Nicolao Christophoro Radzivilo Duci Olycae et Nieswesi militi Hierosolymitano coniugi viva voce et testamento negocium hoc erigendi dedit

Epitaphium Ducissae de Wisniowiec

Deo suo sancto et immortali Euphemia Wisniowiecka foemina

pietate

pietate catholica et honestissimis moribus praedita, primis quidem nu-
pserat Joanni Zawisza Patricio M.D. Lett. secundo Andreae
Duci in Wisniowiec Palatino Volhyniae tandem vidua relicta et
miro Dei beneficio ab haeresi revocata, in orationibus ieiuniis
et eleemosinis Christo Domino serviens die XV Novemb. Anno MD
LXXXIX. quinquagenaria religiose in oppido Colowa
decessit. Eiusdem filia Elisabetha Euphemia de Wisniowiec
Radziwila fundatrix huius monasterij pro amore et obse-
quio in matrem quod in vivis esset ordinaverat ut huc ipsa
ex Derewna ubi sepulta fuit transferrent. Quod demum
post mortem eius monasterio Ecclesiaque hac erecta executioni
mandatum est. Eodem die et mense quo obijt mater Anno MDCI.
simulque translati liberi Constantinus et Demetrius familia
utraque Catharina quae omnes in pueritia ex secundo coniugio
matrem praecesserant.

Inscriptiones tormentorum Arcis Olicensis

Alexander
Fulmen Alexandri ulta, sit ut nitigra ulta

Draco
Illi draco mordax rapit hostis ut ore audax

Georgius
Tuta agat cultor remot arma Georgius ultor

Bacchus
Pocula sunt dibi ira vindemia vitis

Salamandra
Dat salamandra ignis damnosis munere signis

S. Lucas
Spargo ut festucas sic castra minata Lucas

Crocodilus
Verto hic fortem crocodili more cohortem.

S. Marcus
Rumpo ferox arcus, rigo propugnacula Marcus

Millusina
Millusina sono et conflictus laude corono

S. Matthaeus
Caede nocendo reus vindex sum justo Matthaeus

Hydra
Dat varias mortes pereadens Hydra cohortis

S. Joannes
Coire sub manus ago fera bella Joannes

Circe
Murmure iis varios quos tango Circe ffaris

Ignis
Flammanti cheros iaculo torques muros

4

Cerberus

Aer

Cerberus aere toro, duo bilis millia donis Pulvere succenso steres glebim aere donis

Psittacus

Aqua

Psittacus obtranes quos rostro pro fero aduncis. Unda aspergit humum Conspergo ego sanguine fimum

Noctua

Terra

Noctua quisquis ades postulatur nuera clades Est terra probis qua conspicis onera moles.

Tormentorum summa omnium 36.

Tempus erectionis templi S. Michaelis

Beatissimis exercituum et protectori Raphaeli in recentem memoriam custodiae factae peregrinationis per terram Sanctam ac alias quam plurimas et diversas plagas mundi Nicolaus Christ. Radziwil Olyca et Nieswiesz Dux miles S. Sepulchri a fundamentis erexit et dicavit Anno Salutis MDCIV. Angeli Archangeli Throni et Dominationes Principatus et Potestates orate pro nobis

Inscriptio supra imaginem S. Michaelis in altari

Praemia das Michael bonis et poenis ora Draconis
Fers Gabriel fortis divina mystica sortis
Es Raphael medicina Dei Asmodaeique ruina

Inscriptio imaginum ibidem

Custos

Dirige me custos ut possim cernere iustos

Barachiel

Pro Christi causis succurre Barachiel ausis

Jehudiel

Dona me palma divini Jehudiel alma

Uriel

Uriel ostendit quo nostra superbia tendit

Sealtiel

Ora pro cunctis divis Sealtiel unctis.